

CAPUT X.

EMULSIONES.

EMULSIO COMMUNIS.

℞. Seminum Melonis, aut Anguriae, aut Cucurbitae mundatorum unciam semis,
Amygdalas dulces excorticatas quatuor.

Contunde in mortario marmoreo pistillo ligneo, instillando Aquae purae pauxillum; tunc exquisite subige, et sensim affunde Aquae communis libram unam, Syrupi simplicis unciam. Cola.

EMULSIO CUM GUMMI ARABICO.

℞. Gummi Arabici unciam unam.
Decocti Hordei libras duas.

Coque ad solutionem, cum qua solutione, et Seminum Malvae, et Amygdalarum dulcium excorticatarum ana uncia semis fiat Emulsio.

Dosis ad uncias sex, saepius iteranda.

EMULSIO PURGANS, SEU EMULSIO CUM MANNA.

℞. Emulsionis communis non edulcoratae uncias sex,

Mannae electae uncias tres.

Ignе lento dissolve et cola, tunc adde
Aquaе Cinnamomi drachmam unam.

Pro dosi unica.

EMULSIO GUMMI AMMONIACI BRUNERI.

℞. Gummi Ammoniaci drachmam unam et semis,

Aquaе distillatae Hyssopi uncias quatuor,
Vini Albi generosi uncias duas.

Subige, dissolve in mortario, et cola.

Dosis pro duabus haustibus.

CAPUT XI.

SUCCI E VEGETABILIBUS.

SUCCUS AGRESTAE SEU OMPHACII.

℞. Uvas acerbas: pistillo continere in mortario lapideo, vel potius inter assulas ligneas